



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 128. Judæorum crudelitas erga adolescentem Christianum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.  
A.C. 1494.  
Ecclesiæ libenter redituros, si cum iisdem conditionibus, quas olim sub Sigismundo Imperatore obtinuissent, in gratiam Pontificis redire possent. Quid vero hac in re tum a Papa actum, non reperimus.

## §. CXXVIII.

*Judæorum crudelitas erga adolescentem Christianum.*

*Bonfin. ver.*  
*Hung. lib. 4.*  
*dec. 5.*  
Hoc anno Bonfinius finem imposuit suæ de rebus Hungaricis Historiæ, quam hortante Matthia concinnavit, in quatuor decades cum dimidia, quæ quadraginta quinque libros complectuntur, divisam. Ad calcem ultimi libri dirum Judæorum scelus enarrat; nam duodecim hujus gentis viri unacum duabus fœminis adolescentem christianum occulte captum, obstructis repente faucibus, crudeliter strangularunt, apertisque venis sanguinem ejus, dum animam sensim ac singultim efflaret, partim absorbuerunt, partim asservaverunt: tandem vero corpus ejus in partes dissectum membratim in terra defoderunt. Ast suspicione in Judæos mota, omnes hujus sceleris complices comprehendebantur, demumque ex juris formula quæstioni subjicebantur; ubi mulieres, utpote quæ viris magis timidæ erant, crimen falsæ, suos quo-

KVII.  
a iis-  
o Si-  
in  
Quid  
non

cen-

suæ  
quam  
qua-  
adra-  
, di-  
n Ju-  
decim  
minis  
otum,  
eliter  
ngui-  
c sin-  
runt,  
o cor-  
mbra-  
eione  
eleris  
num-  
jicie-  
s ma-  
suos  
quo-

Secul. XV.  
A.C. 1494.

quoque socios manifestabant, hinc illi, qui ceteris magis rei probabantur, rogi supplicio affecti perierunt, alii vero ingentem pecuniæ summam pendere cogebantur: cum autem per cruciatus exquirebantur causæ, ob quas sanguinem Christianorum funderent, tamque avide biberent, quatuor assignabant rationes, quarum tres primæ erant, quod Christiani hominis cruor, si præputiis in circumcissione apponeretur, sistendo sanguini opportunum esset remedium, & II. idem sanguis in cibo porrectus ad conciliandam inter se pacem, atque amorem plurimum valeret, necnon III. eundem, cum viri æque ac mulieres apud Judæos passim fluxu sanguinis laborarent, idoneam contra id genus morbi medicinam experti essent: ultimam tandem rationem hanc allegabant, vi cujus veterem apud se, sed reconditam legem observarent, qua sacrificiis quotidianis in aliqua regione Christianum Deo sanguinem libare coguntur, quo factum esse dictitabant, ut eo anno millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto exors Judæis Tirnaviæ in Hungaria superiori existentibus obtigisset. Ceterum qui hujus sceleris magis rei probabantur, in civitate Dyonensi in foro publico extremum subierunt supplicium.

R 1 5

§. CXXIX.